



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 29. Vicecomes a Papa Romam ablegatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI ergo Commendonus Mense Novembri
A.C. 1563. profectus Varsoviam opportuno tempo-
 re venit, omni ea celeritate usus, quam
 ei tempestatis iniquitas, atque itine-
 rum asperitas indulserant. Hunc Rex
 cum omni benevolentia, atque amici-
 tia, qua majorem expectare haud pote-
 rat, excipiebat, atque in tanto prelio
 hujus Nuntii modestiam, honestatem, ac
 ingenii aciem habebat, ut, quamvis ple-
 rumque pravis suis affectibus, ac vo-
 luptatibus cedere assuetus esset, sem-
 per tamen Commendoni virtutem plu-
 rimum admiraretur, ac nunquam de-
 bitam ei venerationem, ac reverentiam
 exhibere omitteret: Verum hujus Le-
 gationis successum postea referemus.

§. XXIX.

*Vicecomes a Papa Romam able-
 gatus.*

Pallav. n.4. Eodem tempore, quo Commendonus
E. 5. Tridentum venerat, inde Vicecomes
Viscont. lett. Ventimiliensis Episcopus discessit non
du 6. Sept. quidem, ut Cardinalem Lotharingium
tom. 2. p. 33. Romam comitaretur, prout antea de-
 creverat Pontifex, sed ut ad Hispaniæ
 Aulam contenderet: cum autem Ro-
 mam versus iter suum instituere cog-
 retur, Cardinalem prævenerat, ut de
 præsenti Concilii statu Pontificem certio-
 rem reddere, ac proin eundem ma-

gis

gis instructum facere posset, quatenus **Sæcul. XVI.**
postea cum Lotharingio, quem adven-
tantem præstolabatur, accuratius con-
ferre valeret: duo autem præcipue Vi-
cecomiti in mandatis dabantur, & qui-
dem in primis literis, seu Synodi a-
ctis a Paleotto concinnatis exponeba-
tur, quidquid peractum, & agitatum
fuerat in cœtibus tam generalibus, quam
peculiaribus, nec minus ibidem refe-
rebantur rationum capita, quoad singu-
los emendationis articulos expensa:
porro altera epistola a Legato Morono
suo, & Collegarum nomine dictata con-
cernebat omnia Principes tangentia,
nec non conditiones, & potentiam Ora-
torum, ac præsertim Præsulum affe-
ctiones, & consilia in posterum seligen-
da, an scilicet Synodus esset conti-
nuanda, vel dissolvanda, aut absol-
venda, vel duntaxat interrum-
penda.

§. XXX.

*Legatorum rationes pro Synodo haud
amplius continuanda.*

Ceterum Legati Synodum ulterius **Pallav. n. 5.**

protrahere valde periculosem cen-
sebant, cum inde hæc incommoda oriri
possent, nam primo timebant schisma-
tis periculum, sive ob discordias sem-
per enascentes inter Patres, sive ob
mor-